

¶ 3. nihilominus erunt proportionales, ut 9. 12.
3. 4.

SEXTA PROPOSITIO.

Si totius ad totum est proportio quæ de
tracti ad detractum, erit residui etiam ad
residuum proportio, quæ totius ad totum.

Vt 12 & 8. habent proportionem sesquialte
ram. Detrahantur itaq; ab eis duo numeri qui eã
dem habeant proportionem, ex 12 quidem detra
hatur 9. et ex 8 auferantur 6. Dico residuos simi
li iunctos proportionem. Nã subtractis 9. de 12 res
linquuntur 3. At 6 de 8 abiectis, remanent 2. 3 aut
respiciunt 2. sesquialtera proportione.

CAPVT QVINTVM.

De Triangulis.

Si duo trianguli ponantur inter lineas
æquidistantes, erit ipsorum triangulorum
proportio, quæ est basium, qbus insistent.

Sint duo trianguli abc & def , inter lineas æq
distãtes be & af , dico ipsorum esse proportione
quæ est basium. Nam si positi fuerint super bases
æquales trianguli, sunt æquales, si uero super ba
ses inæquales, & ipsi inæquales per 26. & 27.

Quia uero talium triangulorum æqualitas & ï
æqualitas, concomitatur æqualitatẽ & inæqua
litem basium, necessario erit triangulorũ pro
portio quæ est basium.

SECUNDA PROPOSITIO.

D 3

